



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Œcumenica Cathedræ Apostolicæ Avthoritas

Reding, Augustin

[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.

§. I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38717

argumenti, convincentem prudentialis fiduci credibilitatis evidentiam praedicant importantis, idcirco ex tali Ecclesia confessione a crescit Papa iudicio aliquod certitudinis praedicatio sit formaliter per fidem, oportet quod dogma a Papa taliter definitum sit fidei verbum. Quamvis proinde exiterit fide Divina certa, quod Innocentius XI. ab illo statim instanti, quo per Cardinalium designationem crevit esse legitimus Petri Successor, incepit esse Christi in Ecclesia Vicarius & Pastor Oecumenicus, attamen plissima haec fidei veritas quoad nos ex tunc primum accepit convincentem prudentialis credibilitatis evidentiā praedicam, quando non rumoribus duntaxat humanis, seu litteris quantumvis authenticis fuit ad nos delata, sed quando ei accessit consensio Ecclesie. Pariter igitur ratione, si Papa ex Cathedra definit fidei articulum, litterae quantumvis authenticae ultimam quoad nos certitudinem, & prudentialis credibilitatis evidentiam consummatam sub fidei necessitate constringentem ad credendum non adferunt, quod Papa sit locutus ex Cathedra, siveque adeo dogma tanquam de fide certum definitum fuerit, nulli mediante Ecclesia in Concilio Oecumenico reprezentata, vel in fidei unitatem conspirantibus confessione.

PROBATIO III.

Prioris continuativa & explicatoria per similitudinem mox exponendam.

46. **A**daptari huc percommode potest illud Christi verbum Matthaei 5. dicentis: *Negque accendent lucernam, & ponunt eam sub modo, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.* Dum namque Papa definit ex Cathedra Apostolica, profert verbi Divini lucernam, ex ipso fidei lumine accensam, primitus quidem pectori suo reconditam, sed postea diplomato suo fidelium conspicui exponi inchoatam, ubi verò confensione Ecclesie est comprobata, super candelabro etenus positam, ut luceat omnibus, qui sunt in domo sanctæ Ecclesie. Hæc enim Ecclesia vel in Concilio Oecumenico reprezentata, vel in fidei unitatem conspirantibus consensio, est quasi candelabrum, præbens evidentiam credibilitatis prudentialis, in vi cujus argumentum prædictè convincens resulteret ad fidei assentum, Verbo Dei per Papam ex Cathedra loquenter definito necessario præbendum. Quemadmodum igitur candelabrum nihil lucis affundit lucerna super ipsum positæ, attamen hanc adaptat, ut lucere possit omnibus, qui in domo sunt; sic Papa ex Cathedra definitis iudicium ipsa per Primam Veritatem specificatam certitudine collucens, nullum certitudinem fidei propriæ incrementum recipit ex Ecclesia confessione, attamen per hanc, cœu prudentialis credibilitatis prædictè convincentem evidentiam adaptatur, ut luceat omnibus, qui sunt in sancta domo Ecclesie, quatenus ex Ecclesia confessione resulteret obligatio, sub ipsa fidei necessitate confringens ad assentendum dogmam per Papam definito, in vi cujus, oporteat, respectu dogmatis tali modo super candelabrum politi, intellectum captivare in fidei ac Primæ Veritatis obsequium.

Corollarium.

47. **E**x dictis infertur. Hanc propositionem, quod iudicium Papa ex Cathedra loquentis sit omnimodo certum, ac irreformabile, non inepte æquiparari posse cum ista propositione; quod de fide sit, Innocentium XI. esse Papam legitimum, Christi in Ecclesia Vicarium, Pastorem Oecumenicam. Explicatur. Quemadmodum enim ista posterior propositio est de fide, quatenus continetur in hac universalis, quod legitimus Petri Successor sit Christi in Ecclesia Vicarius, & Pastor Oecumenicus, sic dogma a Summo Pontifice definitum est de fide, quatenus

continetur sub ista universalis, quod Petri Successor loquens ex cathedra Apostolica sit Petrus, super quam adficatur Ecclesia, cumque Ecclesia adficatio sit formaliter per fidem, oportet quod dogma a Papa taliter definitum sit fidei verbum. Quamvis proinde exiterit fide Divina certa, quod Innocentius XI. ab illo statim instanti,

quo per Cardinalium designationem crevit esse legitimus Petri Successor, incepit esse Christi in Ecclesia Vicarius & Pastor Oecumenicus, attamen plissima haec fidei veritas

quoad nos ex tunc primum accepit convincentem prudentialis credibilitatis evidentiā praedicam, quando non rumoribus duntaxat humanis, seu litteris quantumvis authenticis

fuit ad nos delata, sed quando ei accessit consensio Ecclesie. Pariter igitur ratione, si Papa ex Cathedra definit fidei articulum, litteræ quantumvis authenticæ ultimam quoad nos certitudinem, & prudentialis credibilitatis evidentiam consummatam sub fidei necessitate constringentem ad credendum non adferunt, quod Papa sit locutus ex Cathedra, siveque adeo dogma tanquam de fide certum definitum fuerit, nulli mediante Ecclesia in Concilio Oecumenico reprezentata, vel in fidei unitatem conspirantibus confessione.

DISQUISITIO III.

Vtrum ex sacris Litteris demonstrari queat, Papa ex Cathedra loquentis iudicium esse irreformabile?

§. I.

Hujus quæsti resolutionem affirmativam firmant Doctores iisdem lemper sacre Scriptura textibus, diversimodè licet pro ingeniorum varietate applicatis. Quid proinde ipsissima haec judiciorum in hominibus discrepantia delectat differentibus propounder modis, vñsum nobis est operæ pretium, aliorum Doctorum iudicia hæc super re prius audire, quam ut nostram ex iisdem Divinis Oraculis argumentandi methodum proferamus.

Author igitur de libertatis Ecclesiæ Gallicanae cit. lib. 7. cap. 2. ad prælens inititum, sequenti norma procedit. Summum Pontificem, inquiens, esse Caput Ecclesiæ, professi sunt etiam ipsi Episcopi Parisijs anno proximè præterito congregati ad cohibendam Curiam Romanam, ne, ut ipsi meruere videbantur, jurisdictionis Episcopalis jura paulatim invaderet, & infingeret. Et ianè Concilium Constantiense, cui Galli tantum deferunt, inter alios Wicelli articulos, ilium damnavit, qui hanc Papæ dignitatem, authoritatemque abrogabat. Quoniam autem fundamento nititur Catholica doctrina, hereticorum, & schismatistarum acephalie opposita? Ubinam Evangelij de Pontifice Romano fit mentio, cum ne quidem Pontifex Romane existeret, quando res in Evangelio narratæ

X Y Y Z gellæ

gestæ sunt? Sufficit, inquiens, ut certò sciamus, Summum Pontificem esse successorem S. Petri, ut inde certò etiam colligamus, illum hujus esse dignitatis & autoritatis hæredem. Ita est omnino. Ad Divinam enim providentiam pertinet, ut quibus idem confert officium, eandem tribuat autoritatem.

3. Atqui evidenter in Scripturis (de Traditione enim constabit ex sequentibus capitibus) patet, D. Petrum, ut supremum Ecclesiæ Paltorē, tam privilegium non errandi in fide obtinuisse à Christo, quam Romanos Pontifices fore sancti Petri successores in cura universalum Christi oviuum, cur ergo, qui in Romanis Pontificibus istud sancti Petri officium agnoscunt, etiam nihil à fide alienum statuendi prærogativam eis non concedunt? Petrum, ut Ecclesia Pastorem privilegium non errandi à Christo accepisse, ita est in Evangelio luculentius significatum, ut nihil videatur in eo luculentius. *Lucas 22, ait D. minus: Simon, Simon, ecce satanas expetivit vos, ut cibaretis triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua;* Et tu aliquando conversus confirmas fratres tuos. Quocirca patet primo, Christum aliquam Petro præ ceteris Apostolis gratiam postulasse; ad eum enim singulariter dirigitur sermo: *Simon, Simon; Pro te; Fides tua; Et tu; Confirmas fratres tuos.* Quodque prælationem Petri specialius indigit, cum communem omnium Apostolorum circa fidem tentationem commemorasset, reliquis præmissis, ad Petrum solùm sermonem dirigit: *Ecce satanas expetivit vos; Ego rogavi pro te;* Sed quid dico prætermillis? Imò eorum expressa facta mentione, sed eo fine, ut doceat eos à Petro, vel eorum successores à successoribus ejus confirmandos in fide; Et tu aliquando conversus confirmas fratres tuos. Secundo patet, hanc gratiam à Christo impetratam Petru, non ut privata persona tantum, sed ut Apostolo, & Apostolorum ipsorum Paltori; Ut non deficiat fides tua; Et tu confirmas fratres tuos. Tertiò conjunctio. & caulam indicare videatur, cu Christus pro Petro specialiter rogaverit, si dem que in deficienciam exoraverit, scilicet, ut alios confirmaret; Non deficiat fides tua; Et tu confirmas fratres tuos. Quod ad officium, atque adeò ad successores pertinet.

4. Porro, quā ratione alios posset confirmare, qui titubaret ipse? vel potius quomodo posset labentes sustinere, aut lapsos erigere, si ipse non solùm per hæsim jam corruiisset, sed etiam alios per propositionem hærenici dogmatis, publicè toti Ecclesiæ factam, ad casum posset impellere? Necesse est, ut firmiter ster, cuius officium est aliorum impedire casum, aut ruinam reparare: eum, qui dux aliorum constituitur, oculis valere oportet. Alioquin illorum incolumenti non consularit, sed utrique ad foycam mittuntur; præfertim, dum non est alius, qui à recto tramite deviantes moneat. Quod aido, ne quis responnat, posse fidèles à Summo Pontifice deceptos ad veritatis viam revocari à Concilio Generali. Sicut enim (quod in anterioribus nu-

tavimus) tribus primis sculis impossibile fuit, Concilium Generale congregare, ita rōtidem, & pluribus posset eadem facultas de esse, his præfertim temporibus.

Sed ut ad propositam rationem redamus, quo Scriptura loco tam aperte declaratur, Romanum Pontificem esse Beati Petri successorem, & Caput Ecclesie, quod de fide esse, concedunt etiam Illustrissimi Episcopi Gallicani, quam eo, quod adduximus, testimonio conflat, Beato Petro, ut Ecclesia Capiti, & supremo Paltori datum esse hunc indecipientem.

Dum Christus Iohann. ult. suas oves Petru pascendas commisit his verbis: *Pax mihi, nōnne cum officio, catena etiam illi ritè obeundo necessaria clavigus est; quo in genere videatur fuisse indecessibile in materia fidei iudicium.* Cū enim id maxime curare debeat spiritualis Pastor, ut fides incorrupta servetur in grege, quippe quæ radix sit, quā permanente, reviviscere facilè certe virtutes possint, quā sublatâ, pene omnis sublata sit spes salutis, ac sine fide impossibile sit placere Deo, vel salutem exterram conquiri: convenit omnino, ut cui suprema tonus gregis Dominici cura incumbit, ē dñe præditus sit, ut oves ipsius vocem sequentes a venenosis errorum herbis le non inficiandas, sed salubribus veritatis pascuis alevantas, & impinguandas securissime confidant.

Præterea, ut Ecclesia, qua est columnæ & firmamentum veritatis (hanc enim ei dōrem tribuit Spiritus sanctus per B. Paulum, 1. Timoth. 3.) firmiter iter, necesse est, ut fundementum, quo nititur, sit in fide firmum & inconclusum, Petrus autem, eisque ad eum successor Romanus Pontifex, et fundementum Ecclesiæ, ut ipmet Christus Petru revelavit: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram adificabo Ecclesiam meam.* Matth. 16. Debet ergo Romanus Pontifex, ut fundementum Ecclesiæ, id est, quando toti Ecclesia fide credenda proponit, in fide ipse firmissime dare, ne illo deficiente, totum Ecclesia corruat & deficiunt. Ecquis enim, nisi forte ab Ecclesia cum modernis hereticis extortis, contendere audeat, Ecclesiam concidere posse, dñe Christo post verba modo adducta: *Et porta inferi non prævalebit adversari eam?* Quis in hæc horre audiat, vel audit etiam omnino hominem blasphemantem, & conderentem Christum vivo flusto, qui adficiari dūnam suam super arenam? Hinc sequeretur error hærenorum: *Et descendit pluvia, & flaverunt roris, & irruerunt in dominum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.* Nōnne potius Christus super Petram adificans Ecclesiam suam, similabatur viro sapienti, qui adficiari dūnam suam super Petram. *Et descendit pluvia, & flaverunt roris, & irruerunt in dominum illam, & non cecidit?* Seo quæ tantæ firmatæ est causa? Fundata enim erat super Petram, Matth. 7.

Certè non sine aliquo mysterio Christus, nomen proprium Simonis in nomen Petri, aut Petra commutavit, hoc enim tantum signi-

significat vox Græca, & ita Christus ipse interpretatur. Mysterium autem illud indicant verba supra relata: *Tu es Petrus, & s̄p̄a hanc Petram adiſcabo Ecclesiam meam.* Quorū enim Christus post confessionem suę Divinitatis à Petro, revelante patre cœlesti, factam dixisse: *Tu es Petrus, n̄l eo nomine significare voulissem, se hanc ei dignitatem pro illius confessionis præmio conferre, ut immotum esset Ecclesiæ fundamentum, sicut explicita verba sequentia: Et s̄p̄a hanc Petram adiſcabo Ecclesiam meam.*

9. Hæc autem dixit Christus Petro post publicam illam fidei professionem: *Tu es Christus filius dei vivi, quam tantopere laudavit Christus: Beatus es Simon Barjona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus &c.* quam confessionem solus edidit Petrus, licet interrogari omnes Apostoli fuissent: *Nos autem, quem me esse dicitis?* Ut intelligas, cum totam Ecclesiæ repreſentante, cuius futurus erat fundamen tum.

§. II.

Referuntur ac expenduntur Adversarium argumenta cum responditoribus, & conclusione super ijs reflexiva.

10. Iuthor Regalis sacerdotij lib. 3. §. 2. n. 4. Observat, si Adversarij Conciliorum auctoritatem Pontificis ita preferrent, ut tunc solidum Pontificis sententias & definitiones in dubium vocarent, cum à Concilio improbantur, tolerari uterque posse. sed ipsos, nullius Concilij expectata sententia, sibi judicium arrogare super reformandā Papæ definitionem, eo solo praetextu adductos, quod Papa extra Concilium errare posset. Circa hoc igitur præfatum, sed ut inferius patebit, falso principium, videre hic luceat, quibus adversa pars nitatur argumentis.

ARGUMENTVM I.
Adversariorum.

11. Ex parte istorum opponitur. Ipsosmet Sanc̄tis Partes, & Canones dicere, quod Pontifex in heresim lapsus judicari debeat à Concilio. Supponitur ergo, posse in heresim labi.

Responſio.

12. Iuthor præcitat⁹ §. 9. n. 1. respondet. Canones exp̄lē loqui de errore personali, non judiciali. Nempe Pontificem posse quidem hereticum esse, non tamen posse heresim publice, & ex Cathedra docere, quemadmodum Petro, ac Ecclesiæ promissum fuerit. Etenim error personalis vel occultus est, vel privatis inscriptionibus à Pontifice sine imperio inspersus, nihil adeo nocens Ecclesiæ, cum omnes sciant, Pontificem extra Cathedram non sine aliquo affectu spiritus Simoni in anima concursum, hoc est,

errare posse, nec illius privatas opiniones alio vultu, quam privati Doctoris legant, tantumque illis tribuant, quantum ponderi & rationis habent. Cujus rei exemplum in Veteri Testamento habetur Num. 14. ubi Baalam Propheta Dei, quamvis vellet, maximeque percuperet, populo Israhelito maledicere, nunquam tamen Deo prohibente, potuit: *Non potero, inquiens, præterire sermonem Domini Dei mei.* Neque Summo Antiqui Fæderis Sacerdoti canebat Oraculum, nisi sacrifitudo, & Pontificis agenti. Idem ergo est dicendum de Romano Pontifice lequentे ex Cathedra.

Objectio.

Ex parte adversa replicari potest. Perpetuum fore miraculum, si homo dicatur errare non posse, vel quam in se concepit, haec resin docere non posse.

Responſio.

IDem Author ubi supra respondet. Verum 14. dicit. si per miraculum hic intelligatur res viiib⁹ naturæ superior: neque vero illud in Ecclesiæ esse novum, sed quotidianum, ut patet in justificatione peccatorum, administratione Sacramentorum, & in cruento Missæ sacrificio. Nec porrò difficultus esse Deo, agere supra, ac juxta naturam, cum omnia voluntate, ac nutu peragat, nihilque naturæ creaturæ sit magis innatum, quam volenti Deo obediens, ut quidquid, agente Deo, naturæ supra naturam accidit, ipsi sit magis conscientiam, quam ipsa natura, quam Philosophi voluntiam obedientiale.

ARGUMENTVM II.
Adversariorum.

Ex parte adversa licet 2. argumentari. Aflistenia Spiritus sancti est Romano Pontifici ea sub conditione promissa, ut is in rebus fidei declarandis sufficientem adhibeat diligentiam, humanoque procedat modo, prout in rebus arduis, summiq; monenti homines solent, nec enim, si intemperij agitato aliqua excideret constitutio, eam continuo per fidem dogmata recipiendam esse. Unde duplex duci argumentum. Primum, quia ut huic necessaria diligentia satisfiat, videri Concilium omnino necessarium, quippe cum hujus indicatio si supremus gradus humanae diligentie, quæ major adhiberi non possit. Secundum, quia nobis constare non potest, an Romanus Pontifex sufficientem, & inventanda veritati necessariam adhibuerit diligentiam, ideo etiam constare non posse de veritate ab eo facta decisionis, utpote quæ aliquata sit illi diligentia.

Responſio.

Prefatus Author Regalis sacerdotij cit. §. 9. 16. n. 3. responder. Verum esse, quod oporteat,